

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

**Dan. Stalii Regulae Philosophicae explicatae & Orationes
aliquot**

Stahl, Daniel

Jenae, 1662

Regula V. Species est collectiva multorum in unam naturam & adhuc
magis genus

urn:nbn:de:bsz:31-102400

trisset, si ἐνταξεῖτο pro motione accepisset. Genus enim est latius specie. At motio, vel motio continua & perennis, non est latior motu, cum motio potius idem cum motu sit. Vide Monlorium in quast. de ἐνταξείᾳ.

REGULA V.

Species est collectiva multorum in unam naturam, & adhuc magis genus. Porphyrius cap. de genere & specie

§. 37.

I. Omnia Individua unius speciei conveniunt in ipsius speciei naturā: ut, omnia individua humana in naturā humanā. Sed in naturā generis conveniunt individua non solum unius speciei, sed omnium specierum talis generis: ut omnes homines & omnia bruta in naturā animalis. Et hinc est, quod species elicetur collectiva multorum in unam naturam, genus autem magis.

II. Sed audiamus Cajetanum in commene: in h. l. Inquit ita: Circa illud dictum: Genus est magis collectivum in unam naturam, quam species: dubitatur, quia oppositum dicere debuisset Porphyrius. Illud enim est magis in unam naturam unitivum, quod in se est magis unum, & cuius natura unitate retenta minorem distinet. Cionem res illius natura inter se compatiuntur.

SS 4

Sicut

Sicut illud est magis calefactivum, quod in se est magis calidum. Et à quo res calefacte minus comparuntur si rigor, ceteris paribus. Species autem in se est magis una, quam genus, quoniam species dicit naturam omnino indivisibalem formaliter, unde et aroma dicatur, genus veronaturam divisibilem importat, Et similiter secundum speciem adunata, minorem distinctionem, compatiuntur, non enim possunt distinguiri numeraliter, que vero in genere tantum convenient, formaliter distinguiri necesse est, magis igitur collectiva est species quam genus.

III. Post addit: Ad hoc brevicer dictere quod esse magis collectivum multarum potest dici dupliciter: Uno modo intensivè; Et sic species magis est collectiva, quia magis unit adunata, ut ratio adducta probat. Alter modo extensivè; Et sic genus est magis collectivum, quia multi plura sub sua adunatione cadunt, quam sub species ambitu. Unde species et genus se habent, sicut Duxes, quorum alter habet exercitum parvum, sed valde numeris, alter exercitum magnum; sed diversarum factionum. Ille enim magis colligit intensivè, hic extensivè. Porphyrius autem loquebatur hic de extensiva collectione, ideo dixit, genus est magis collectivum. Hec Caietaus.

R. 1.

Genus
turI. A
genus
cundū
tanqu
rentia
nem.
nem
animalII.
tinere
net g
illis c
fentia
ferent
tinet
comp
ris co
nifest
nulla
ment
dus le
dicab
nemo
gener